

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

Ab. 52. i



I. N. J.
DISPUTATIO IX.
SELECTARUM
THESIUM
JURIS CERTI & CON-
TROVERSI

Ex Tit. j. d. Test. Ord. & mil. Test.
iisque Titulis π. C. Justin. Theod: βασιλικ.
& ξ. respondentibus.

Quam
PRÆSIDE
JOHANNE CHRISTO-

PHORO Solki

J. U. D. & P. P.

ZACHARIAS Legner

Goldbergå - Siles:

RESPONDENS

publicè defendet

IN AUDITORIO MAJORI

A. clo. loc. LXXXI.

REGIOMONTI.
PRÆLO REUSNERIANO.



VIRIS
NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
DOCTISSIMIS,
DOMINO JOHANNI
BROCHMANNO,
In Electorali Borusfiâ Rerum Bellicarum
Commissario, atq; Cameræ Registratori
dignissimo,
DOMINO SAMUEL I
Meinern /
Telonii Electoralis, quod Regiomonti
Borussorum est, Inspectori
vigilantissimo,
DOMINO ANDREÆ
LIESCOVIO,
Not. Publ. & Vectigalium Electoralium
Regiomontanorum Rationali fidelissimo,
*Dominis Promotoribus, Fautoribus suis
colendis, honorandis,*
Disputationem hanc Juridicam in certissimum
addictæ mentis signum, & sui suorumq; studi-
orum commendationem submissè offert
RESPONDENS.





Itulis j. d. T. ordin. & Mil. Testam. respondent in π. Lib. 28. Tit. 1. & lib. 29. tit. 1. in C. Justin. lib. VI. tit. 21. & 23. in C. Th. tit. d. Testam. in Libb. βασιλ. lib. 35. tit. 1. 20. 21. in τι. d. Testam.

II. Proponitur in his Titulis primus acci-
rendi modus universalis ex Testamento, cuius
notatur (1.) Definitio pr. j. d. T. O. L. 1. Qui Testam. fa. poss. d. t. 1.
βασιλ. d. Testam. (2.) Distinctio in Solenne §. 1. 2. 3. f. j. d. T. O.
l. 20. π. Qui Testam. fa. poss. l. hac consultissima 21. l. jubemus 29.
C. d. Testam. l. 3. & 5. C. Th. eod. d. tit. βασιλ. eod. l. 5. C. Th. d.
Testam. & minus solenne seu privilegiatum t. t. j. d. Mil. Testam. t.
t. π. & C. Just. eod. t. t. βασιλ. d. imperfectis & de divisione t. t. d.
Testam. milit. quod post missionem intra annum valet. l. Sancimus
27. C. Just. d. Testam. C. 10. C. Relatum u. c. 16. & de Testam:

III. Rident definitionem nominis Testamenti quasi vox Te-
stamenti ex testatione & mente sit composita Valla l. 6. Eleg. 36. A.
Gell. N. A. l. 6. c. 12. Nos eos magis ridemus tanquam imperitos
notationum juridicarum, quæ ex rebus deducuntur, ut intelligatur
natura rei Vultej. hic ad j. Etsi eæ Grammaticis ordinem vocum
intuentibus absone videantur, Logici tamen id non attendunt. Treutl.
vol. 1. D. 1. θ. 1. L. D. Licet Testamentum appelletur ab eo, quod
testatio mentis sit, dicitur tamen hæc vox simplex à testatione non
quavis sed tali, quæ est mentis i. e. voluntatis, ideo & in Definitio-
ne Rei loco generis ponitur voluntatis nostræ sententia, ne Testa-
mentum ab alterius pendeat arbitrio l. 32. d. Hered. inst. l. 52. d.
Cond. & Demonstr: nec is, qui ob morbi vim actionis suæ circum-
stantias ignorat, aut externo principio movetur Testamentum fa-
cere queat. Unde ob defectum judicii impuberibus denegatum est
jus testamenti condendi, quod nec per alios firmo judicio præditos
suppleri potest §. 1. j. Quib: non est permisum facere Tesiamentum,
opprimitur seu tollitur quoq; captatoria dispositio blandimentis sti-
mulisque novocalibus corrupta l. 4. d. Inoffic. Testam. l. 1. C. d. SS.
Eccles. Plato lib. u. d. Legib: negat à Legislatore permittendum, ut

A.

quis

quis assentationibus adoriantur, atq; ita ad Testamentum faciendum inducat illos, qui morbo vel senio urgentur, aut animo variè huc atq; illuc fluctuant, si tamen blanditiæ temperatæ non immensæ & importunæ fuerint, Testamenta vitiare nequeunt l. ult. Si qv. al. te. proh. vel coëg. l. 70. d. H. J. Sententia dicitur justa secundum Regulas juris ordinata, ita Quintil. Declam. 308. Quid est Testamentum? ut opinor voluntas defuncti consignata jure Legibusq; Civitatis. Ideò dicitur Testamenti factio esse juris publici l. 3. Qui Testam. fa. poss. quia publicè à Jure testandi facultas data certaq; & solennis forma præscripta est, quam quilibet, qui voluntatem suam post fata non vult effectu destitui, servare tenetur l. 55. d. Leg. 1, l. 1. d. inj. rupt. l. 3. §. 2. pro Soc. Rationes ob quas Testamenti factio Juris publici Galv. d. Iusfr. cap. 10. proponit seqq: quia Testator in Testamento disponit & de familia & pecunia sua, quod si Testamenti factio ad familiam referatur, & familiam esse quandam partem Civitatis, Civitatem verò rem publicam esse constet, quâ de causâ non potest Testator, qui est persona privata, de familiâ disponere, nisi ab eo, qui præest Republicæ, hanc potestatem obtinuerit. Quod si Testimenti factio ad bona referatur, eum de bonis Civitatis testari docet Plato lib. II. d. Legib: nam quæcunque in Civitate sunt ipsius Civitatis & Principis habentis supremum dominium ac potestatem in ipsam Civitatem l. 9. D. ad L. Rhod. de jas: Jure Civili omnia Regis sunt, & tamen illa, quorum ad Regem pertinet universa possessio, in singulos Dominos descripta sunt, & unaquæq; res habet possessorem suum Senec. l. d. Benef. c. 4. Hæc tamen omnia cum grano salis sunt accipienda, ne scil: dominium eminens prorsus dominium vulgare tollat, nam si res privatorum sine ullo necessitatis respectu simpliciter & absolutè publicæ essent, quid opus fuisset distinctione rerum publicarum & quæ sunt singulorum? imò quid obstaret, cur non Princeps Legem condere posset, ut omnis successio tūm ex Testamento, tūm ab Intestato cesseret, & bona defuncti Reipubl. debeantur, eō enim modō intra Seculum nullæ res singulorum essent, sed omnes publicæ fierent. Eō itaq; in sensu Testimenti factio publica non dicitur, sed quia ex Legum fraudibus in re tanti momenti occurrentium eōq; magis rebus privatorum consulentium præscriptō quilibet tenetur testari. Licet enim



enim & in Contractus substantialibus nihil mutari queat *l. part. 2. d. Contrah. Empt.*: In cæteris tamen licet formam à Legibus præscriptam pactis conventis tollere, iisq; aliam Contraéribus Legem dare. Sed in Testamentis à Legibus præscripta forma ad amissim est servanda *l. 55*, Videntur verò absolutam Civitatis potestatem in bona Civium & alia confirmare, quia dominium durat durante vita illius hominis & Civis, sed quomodo post fata potest dominium habere ille, qui neq; homo neq; Civis amplius est? Unde & res quæ illius eō vivente erant, mox eō defuncto sunt nullius *l. 1. D. d. R. D.* Et Servus hereditarius jacente hereditate in nullius est potestate *l. 3. pr. π. d. pecul.*: Sed neq; ex dictis: quia hereditas nullius dicitur, sequitur E. est in publico Civitatis jure seu Principis dominio. E. Disponit Testator non de suis sed Civitatis bonis, cùm Testamentum post mortem Testatoris demum effectum consequatur *l. 1. D. Qu. Testam. fa. poss.* Nam dicitur hereditaria res esse nullius quamdiu non existit heres, tum creditum est hereditatem esse Dominam *l. 31. d. H. J. Gell. 12. Noct. Att. 3. Cujac. 5. o. 10.* non verò est in Civitatis dominio, sed unum idemq; dominium defundi & heredis per successionem esse videtur, quò facit ut olim conservaverint morientes annulorum traditione sibi heredes designare *Plin. l. 33. c. 1. Valer. l. 7. c. 1.* cùm enim gestarentur in penultimo sinistræ digito, ad quem ipsius cordis spiritus ferri credebant *D. Ambros. in lib. d. Patriarch. I sydor. lib. 2. d. offic. c. 19. Ex Gratian. c. fæminæ 30. q. 5.* ut hoc modo spiritus & vita defuncti cum herede communicari videretur, & Veteres heredem Dominum appellabant, pro herede gerere, est pro Domino gerere, *l. 11. §. 6. l. 43. in pr. π. ad L. Aq.*

IV. Eò magis Testamenti factio pacis tempore publica dici poterat, quod *Theophil. ad Tit. j.* hunc in modum describit: Præco universam circumibat Civitatem, concilamans seu convocans populum, quod proprium erat Curiatorum Comitiorum cùm centuria per cornicinem calarentur *Gell. l. 15. c. 27.* & ita qui volebat, teste populo Testamentum scribebat. Ideò Testamentum instar Legis est, quia cæpit fieri instar Legis calatis Comitiis, hoc est populo non solùm vocato sed etiam rogato; Inde Paulus dicit incertum de statu suo certam legem Testamento dicere non posse *l. Qui in Testa-*

Testamento 14. *Qui Testam. fa. poss.* Derivatur ex hoc Testamenti genere rogatio testium in aliis Testamenti speciebus requisita, cum enim qui populum coegerat, eundem quoque; rogare solitus esset, hinc factum, ut id deinde ad testes applicaretur, factum quoque; ne foeminae testes esse queant, quia Comitiis interesse non potuere, teste *Gellio* l. 5. c. 19. Derivatur quoque; testium numerus quinarius, in Testamento per aes & libram requisitus, nam ut classes omnium Civium in Comitiis distributorum erant quinque, ita testes quinque; imaginem quinque; classum representabant, *Giphon.* & *Theophil.* ad pr. j. d. t. Praetor deinde in quinatum numerum septenarium substituit *Anth.* *Matth.* in animadv. ad §. Sed cum paulatim j. d. Testam. ord. videtur ratio esse, quia veteres, teste *Agellio*, peculiarem quandam energiam huic numero ascripserunt, qui etiam testimoniis S. literarum perfectionis significatus est, totam enim Universitatem Civium Romanorum suapte virtute continebat, cum constet ex principio pari toto ac primo impari toto; Magis tamen fluere videtur ex Testamento per aes & libram, nam cum mali existimetur omnis valorem & sanum de morte cogitare, mortis vero vel agrotationis tempore non semper Comitia instabant, neque; semper etiam bellum erat, ut in procinctu testari licuerit praedictus testandi modus per aes & libram adjectus est §. accessit j. d. T. O. *Plutarch.* in lib. d. ser. Num. vind: *Clem. Alexand.* l. 5. *Strom:* *Sueton:* in *Ner.* *Gell.* *Noct.* *Attica.* lib. 15. c. 27. *Ulpian.* tit 20. in quo praeter quinque; testes libripens & familiae Emptor & per consequens septem erant personae, quarum numerus ficta Emptione sublatu in Testamento tum scripto tum nuncupativo manet. Nec obstat *Nov. Leon:* 41. nec Jus Pontificium c. cum esses d. Testam: ubi sufficit in praesentia duorum vel trium testium Testamentum factum esse, Nam Leonis Constitutionibus non possumus uti adversus Justinianum test. *Cujac.* 17. o. 31. De jure Pontificio videatur judicium *Fr. Connani.* *Bodini* l. 5. d. Rep c. 2. nu. 531. *Anton. Matth.* in not. & animadv. ad d. §.

V. Testamentorum praedicta nomina ad Jus Civile referuntur §. 2. j. d. Testam. ord: sed factio Testamenti ex Jure Gentium descendit *Hillig.* in *Don.* *Enucl.* l. 6. c. 4. lit. A. Quanquam enim Testamentis ut & omnibus reliquis actibus adjici quaedam queant à Jure Civili, ipsa tamen ejus substantia cognata est dominio, potest enim

enim quis non tantum res suas purè alienare, sed etiam retento do-
minio dum aliquis Testamentum condit intentionem alienandi ha-
bere, ita ut si ea firma usq; ad mortem permanferit, dominium
& jus, quod defunctus habuit, ad alium referatur. Vedit hoc rectè
ait Grot. d. j. B. & P. L. 2. c. 6. §. ult. Plutarchus, qui cùm à So-
lone dixisset permittam esse Civibus Testamenti factionem addit:
τὰ χερνατα, οὐτιματα των ἔχοντων ἐπινοεν. Effecit ut res cuiq; suæ
propriæ & in pleno Dominio essent. Et fuere Testamenta apud
omnes ferè Gentes in usu Arum. Ex. Just. 7. b. 3. non tamen eo
ipso desinunt esse J. C. quis ambigit tutelam convenientem & cogni-
tam esse Juri Naturæ? §. pen. j. d. Atril. Tut: & tamen rectè dicit
§. 1. j. d. Tut. eam jure Civili datam & permisam. Contractus ra-
tione fidei servandæ J. N. seu G. sunt accommodati l. 1. d. pact. l.
1. d. Constit. pecun: & tamen dicuntur orti alii ex J. G. alii ex J. C.
l. 5. d. f. & f. Sic Testamenta sunt quidem J. G. Sed non præ-
dicta Testamentorum genera, quorum nomina Justin. d. §. ad Jus Ci-
vile refert. Per Jus Civile alii hic intelligunt prudentum interpreta-
tionem, cùm ea proprio & speciali nomine ita dicatur l. 2. §. *hæc*
Disputatio π. d. O. f. Viglius tamen ad hunc §. aliter sentit, cùm
& ante Leges XII. Tabb. proiectum in usu fuerit, de hoc scribit
Plutarch. in Coriol. Vit: morem fuisse Romanis, ut in acie constitu-
ti & jam clypeos sumpturi togamq; præcinetur heredem tribus
quatuorvè exaudientibus nuncupantes Testamenta simul conderent.
Et de Testatore & libripende fragmentum quoddam ex L. XII. Tabb.
citat Rivallius lib. 12. Hist. Civ. Nec obstare putat Viglius Juris Ci-
vilis appellatione venire prudentium interpretationem, quia hic Jus
Civile cæteris speciebus juris Civilis non opponitur, sed prætorio, &
ideo omnes species I. C. complecti posse statuit.

VI. Cùm in Testamentis tot requirerentur olim solennia,
pleriq; eo tempore ita timidi erant, ut à se exactam in Testamentis
ordinandis solennitatem observari posse desperarent, sicut l. pen.
§. ult. π. d. Leg. II. ex præfatione constat, quæ ita se habet: *Luci-
us Titius hoc meum Testamentum scripsi sine ullo Jurisperito, ratio-
nem animi mei potius fecutus, quam nimiam & miseram diligenti-
am, & si minus aliquid legitimè minusve peritè fecero, pro jure le-
gitimo haberi debet hominis sani voluntas.* Nec enim solennia-

quæ superflua sunt vel abundant scripturas vitiare debent l. 44. d.
R. I. Ideò nihilominus valet Testamentum, etiamsi aliquis numerum majorem testium vel etiam minorem in præfatione dixerit, dummodo legitimū adhibuerit, & testibus ad obsignandum Testamentum porrexerit. l. 3. C. Th. d. Testam: cuius prior pars conjecta est in l. 17. C. eod. sed cætera à Triboniano resecata sunt verba. Removet verò lex 3. C. Th. tantum superflua non necessaria, nam numerum à Lege definitum dicit non esse prætermittendum, quanquam quinarii mentionem faciat, qui non minimam producit obscuritatem, cur non certus numerus testium ab Impp. requiratur? Quod ipsum circa l. 2. C. d. B. P. secund. tabb: quæri potest. Ubi Græci in tabulis seu Testamento exigunt septem vel quinq; testes Nov. Leon: apud Harmenopulum lib. 4. tit. 7. *τέσσερις μουσικῆς Δαλάζινης*. Sed temporibus Constantini aut Constantii vel Arcadii Jus Civile & Prætorium in Testamentis ordinandis nondum coiverant in unam consonantiam, ideo etiam septem testes requirebant exemplo Testamenti jure Prætorio confedi, quinq; verò ex Jure Civili, ut adeò libero cuiusvis arbitrio relictum fuerit vel quinq; testibus adhibitis per æs & libram mancipacione factâ testari, vel citra mancipacionem septem testibus uti.

VII. Absq; solennitate valet Testamentum militare ex nudâ testantium voluntate l. 1. L. 15. §. 1. l. 35. π. d. Testam. mil. idq; ex singulari militum privilegio, quod fundatur partim in favore militiæ, partim in imperitiâ juris quam bellicæ occupationes producunt, non verò in imperitiâ absolutè consideratâ, quæ in rusticum minorem vel mulierem cadit, alias & his personis, cum quibus iura benignius agunt, subvenirent, vel periti juris militantes privilegio exciderent, ut sub Cæsare Trebatius, sub Trajano Julius Frontinus, qui de re militari scripsit, & aqueductibus & ad Cæsum JC. de agris mensura. Causa igitur Privilegii est uti Vigilius ad tit. j. d. milit. test: ait imperitia, ea tamen, quæ ex justâ armorum occupatione procedit, ut etiamsi alioquin sciat solennem ritum tamen occupatio militiæ excusat, quia & periti Legum occupationibus impeditur, huc facit, quod de C. Mario recitat Valer. Max. l. 5. c. 2. qui cùm in ipsâ acie quasdam Camertium Cohortes civitate donaslet, idque

idq; adversus leges factum esset, dixit: Se inter armorum strepitum
verba Juris Civilis exaudire non potuisse. Quô spectant etiam alle-
gata H. Grot: in Proleg: d. I. B. & P. ex Horatio ferociam Achillis
sic describente: *Jura negat sibi nata nihil non arrogat armis.* item:
Hic pacem temeratq; jura relinquo. quæ confirmant factum Anti-
goni senis, qui irrisit hominem, sibi urbes alienas oppugnanti Com-
mentarium de Justitia adferenti, & dictum Pompeji: *Armatus leges*
ut cogitem? Ideò milites extra bellum seu periculum constituti
vel in locis hybernis reperti, vel stationarii qui ad tuendam provin-
ciæ alicujus quietem aluntur, vel limitanei qui in limitibus Imperii
ad repentinæ hostium incursionses sunt intenti, hoc privilegio non
gaudent, sed solummodò milites ii, qui in expeditionibus occupati
sunt §. sed hactenus 3. j. d. mil. Testam. l. ult. C. codem. Et in l.
sancimus 8. verb. illis temporibus, per quæ citra expeditionis necessi-
tatem in aliis locis vel in suis ædibus degunt minimè eos ad vindicanda
memorata privilegia adjuvantibus. Et clarâ Sanctione
Imp. Maximil. l. id decisum est in Recess. Imp. Colon. d.a. 1512. Tit.
von Testamenten/ Carpz. J. F. p. 3. c. 4. d. 28. & L. 6. T. 2. R. 14.

VIII. Solennitates Juris communis parentibus inter liberos te-
stantibus Impp. remissæ sunt l. bac consultissima 21. §. ex imperfe-
cto l. C. d. Testam: l. filii 16. & l. ult. C. Fam: erc: quo Testamen-
to liberi heredes instituuntur, quod si saltem quoad voluntatem te-
stantium sit perfectum subsistit, & olim quocunq; parentum scri-
ptum sufficit l. ult. C. Fam. Ere: Sed postea requisitum, ut pater
manu propriâ literis liberorum nomina, & uncias ex quibus eos he-
redes esse vellet, unâ cum Testamenti facti tempore scribat N. 107.
e. 2. Sufficit quoq; duos adhibere testes, licet non rogatos, modò
sint idonei, qualis hic etiam est mulier l. 17. π. d. Testib: censetur
enim tale Testamentum paternum annexam habere clausulam co-
dicillarem. Deinde accedit, quòd in Testamento paterno inter li-
beros condito non attendantur dispositiones Juris Civilis seu solen-
nitates quales sunt numerus testium septenarius corundem specialis
requisitio, subscriptio & subsignatio à Jure Civili hoc fine ut frau-
des evitentur introductæ, sed tantum J. N. consideratur, quod pa-
rentum hereditatem liberis relinquit l. scripto §. f. π. Unde Liberi l.
cum ratio π. d. Bon. damn: ampliations & limitationes proponit

Gail:



Gail. l. 2. o. 112. Testamentum inter liberos differt à divisione. quia illo casu succeditur ex Testamento, hoc verò ab Intestato *Carpz.* l. F. p. 3. c. 4. d. 23. Nam assignat pater portionem liberis nude in modum legati, sed nequaquam heredes instituit per Testamentum, codicillos, epistolam, vel aliam aliquam solennem aut minus solennem voluntatem l. 10. 16. 21. 22. & l. fin. C. Fam. Ercisc. Nov. 18. c. 7. N. 107. c. 3.

IX. Competit hoc dividendi privilegium patri, de quo leges confidunt eum liberis optimè prospecturum l. 22. §. fin. ad L. Jul. d. *Adult.* quia talis affectus extraneus non invenitur, ut vincat paternum l. fin. 7. pr. C. d. *Cur. Fur.* Inde ob hunc præsumptum affectum Leges ei permiserunt, nullâ æqualitatis ratione habitâ uni liberorum magis quam alteri de bonis suis in subsidium sustentationis relinquere *Carpz.* lib. 6. R. 43. n. 24. quanquam alias æquitati maximè adversari videatur, ut quos Natura fecit æquales l. 1. C. *Unde Liberi.* qui communes parentes & commune domicilium habent, eos non æqualiter tractari vel æquis partibus ad Patris hereditatem vocari arg. l. 11. C. Fam. Ercisc. l. 4. in fin. C. Comm. divid. In hoc tamen casu parentum voluntas à liberis est rata habenda, quæ sèpè pro diversitate conditionis, facultatum sanitatis vel ægritudinis liberorum diversitatem divisionis introducit, si modò in distributione legitima non minuatur, quia divisio inæqualis ita permissa est, modò non fiat contra Leges; Sed de jure novo Leges volunt, ut si quatuor aut pauciores sint liberi, tum legitima omnium liberorum est tertia pars bonorum; si verò quinq; sint aut plures dimidia detinent. & semiss. N. 18. c. 1. Auth. Novissima C. d. In offic. Testam: itaq; pater computare tenetur, quantum filio vel filiæ ex triente vel semisse competit, & reliqua pro lubitu suo sive pure sive sub conditione l. 7. π. d. *Assign. Libet.* §. 9. j. d. H. 7. sive specialiter sive generaliter arg. l. 21. C. Fam. Erciseund. dividere potest sine ulla solennitate, nam simplex paterna divisio inter liberos non requirit eas solennitates, quas habet N. 107. c. 1. quia ea nihil derogat N. 18. c. 7. quoniam, ut in præcedenti θ. dictum, in casu divisionis succeditur ab Intestato, & liberi judicio familie erciscundæ conseqvuntur id quod à patre adsignatum fuit l. 6. l. ult. C. Fam. Ercisc:

Ercisc: In Testamentis verò fit successio ex Testamento, quod certas solennitates requirit. *Carpz.* p. 3. const. 4. def. 22. n. 2.

X. Nec interest an bona à parente divisa sint mobilia, an moventia, an verò immobilia, si modò talia sint, quæ divisionem admittunt, sunt enim quædam individua, quæ divisionem prorsus excludunt, sic Jurisdictio, Jus Patronatus, homagium; item jus primogenituræ ea forma defertur, ut non dividatur, nec separationem recipiat arg. l. quædam mulier π. Fam. *Ercisc.* & l. Carmelia pia π. d. Jur. patron: Bald. in rep. l. cunctos populos C. d. *Summ. Trinit.* & in Auth. ex Testamento C. d. Collat. Ro. in d. Autb. ex Testam. *Floria:* in l. que pater π. Fam. *Erc.* *Mart.* *Laud.* in tract: de primogeniturā. Fr. Curt. Senior consil. 69. Et Dominus Bened. in rep. c. Raynutius. in verb. in eodem Testamento relinquens d. Testament. Limitat tamen *Mart.* *Laud.* hoc esse verum, nisi pater propria pecunia emerit feudum, in quo est hujusmodi jus primogenituræ. Nam tum etiam si sit indivisibile debebitur pretium secundum *Andr.* *Isern:* quem citat *And.* *Tiraq.* tom. 1. q. 51. in tr. d. jur. primogen: Regulariter autem in Regno, Ducatu, Comitatu & id genus aliis Dignitatibus individuis non potest à patre aliquid dividi, si jure primogenituræ totum debeatur primogenito, qui in hoc casu reliquis tantum alimenta præstare tenetur *Tiraq.* d. tract. q. 55. inf. Inde Doctores statuunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus & cœtera dignitatem summam annexa habentia tanquam feuda majora dividi non posse *Rosenthal de Feud.* c. 7. concl. 13. n. 1. lit. A. *Berlich.* p. 3. concl. 11. n. 23. Idem statuunt de jure venationis *Menoch:* conf. 202. n. 31. *Modest.* *Pistor:* 1. quest: n. 54. quod non minus quam alia Regalia juri Superioritatis innexum *Knichen* d. *Sublim.* & reg. terr. Jur. c. 4. n. 297. *Carpz.* I. F. p. 3. const. 32. d. 17. & p. 2. c. 3. d. 25. n. 3. *Gail.* 2. o. 66. Alia verò jura e. g. Servitutes patri dividere licet, sive sint separabiles sive inseparabiles, quæ prædia sequuntur, si tempore dividi possunt l. 19. §. *judex* 3. π. *Com:* divid: si non possunt dividi, consentire debent reliqui heredes in adsignatione facienda uni l. 3. π. F. E. l. 11. in fin. π. d. *Jurisd:*

XI. Valet absq; solennitatibus Testamentum ad pias causas, in quo aliquid relictum Ecclesiæ, Hospitali non tantum exstructo autoritate Episcopi Host. in Summa tit: d. *Regula* §. non tamen

B

versic:



versic: quid de rusticis & in tit: de Relig: domib. §. 2. ante fin. &
§. 3. sed indistincte omni sive sit institutum auctoritate Episcopi sive
non, est tamen locus pius, quia in eo exercentur pietatis opera.
Petr. Anch. conf. 129. & pauperes, qui thesaurus Christi sunt, in iis
plerunq; aluntur, sed bona pauperum bonis Ecclesiarum exæquan-
tur, pauperibus verò comparantur viduæ, orphani, & miserabiles
personæ, de quibus Bart. in l. 1. C. quand. Imp. int. Vid: Huc re-
feruntur quoqve, qui quidem tantum in bonis habent, ut vivere
possint, sed non tantum, ut pro conditione, qualitate & dignitate
personæ bona possideant Bart. in l. 1. C. d. S. S. Eccles. quia tunc
non possunt pro ratione dignitatis suæ vivere Barb. l. 1. conf. 56. Nec
non relicta ad redimendos captivos l. Si quis C. d. Donat: ad ali-
menta pauperum veleorum qui famem patiuntur l. Sancimus C. d.
S.S. Eccles. l. Mela π. d. alim: & cib: leg: ad dotandam virginem
pauperem Bart. in l. sicut in fin. C. d. Aet. & Oblig: Bald. in l. il-
lud C. d. S. S. Eccles. Hisce Tiraq: in præf. d. privil: piæ caus. ad-
dit relicta studiorum causâ, item libertatis, reficiendorum pontium,
viarum, murorum, fossarum Civitatis, & si aliquid relatum mere-
trici ut honestam vivendi rationem eligat adq; meliorem frugem
redeat. In tractatu ipso prædictus author privilegia piæ causæ re-
censet sequentia. (1.) In relictis ad pias causas duo sufficiunt te-
stes, tam Jure Civili, quam Jure Canonico. Ex Jure Civili facit tūm
comparatio dispositionis paternæ inter liberos, quorum non vide-
tur major favor, quam piæ causæ: tum textus in l. 38. d. FideiCom-
miss. Libert: quanquam Bachov: ad Treutl. Vol. 2. Disp. 10. θ. 6. lit. I.
illius propriam rationem esse statuat, quod liberis à Naturâ here-
ditas debetur & concurrit simul parentum favor: sed in d. l. 38.
agi de liberis heredibus, & speciali genere legati quod alumnæ re-
lictum fuit: quem textum ab Interpretate quodam corruptum esse
contendit Anton: Fab: Decad. 35. Err. 6. contra sententiam com-
munem tūm rationibus tūm ex N. 107. c. 1. disputans. Ex Jure Ca-
nonico facit c. relatum. ubi Covarr: d. Testam: Hic q. an va-
leat tale Testamentum etiam planè nullis testibus adhibitis? quod af-
firmat Clariss: Dominus Struv: Ex. 32. θ. 23. quia testes hic solūm
requiruntur ad probandum. Si igitur aliás ex certō quōdam indi-
cō vel scripturā certō constet de voluntate disponentis testes neces-
sarij

farii non sunt. *Diss. Fr. de Barry tr. de Success. Test. & intest: l. t.*
t. 4. n. 17. Carpz. p. 3. c. 4. d. 33. quia absq; duobus testibus, in
quorum ore stat omne verbum *Deut. 19. v. 15. Matth. 18. v. 16. c.*
cum esses 10. i. d. Testam: dispositio Testatoris nequit probari, Jus
quoq; Provinciale Prussiæ *L. 5. T. 1. A. 7. §. 1.* duos requirit testes.
(2.) Testamentum immediate sine alicujus alterius institutione, ad
pias causas factum coram duobus testibus deponentibus, infirmat
prius Testamentum solenniter coram 7. testibus peractum. Quo-
cunq; enim modo exhibitis duobus testibus in relictis ad piis cau-
sas constet de posteriore voluntate illa firma & rata manet exCon-
stitutione Pontificis Alexandri III. in *d. c. Relatum 11. i. d. Testam:*
Jul. Clar. lib. 3. Sent. §. Testamentum q. 6. n. 2. & 3. quæ Constitu-
tio non tantum in terris Ecclesiæ, sed etiam Imperii observatur, ubi
Principes in suis territoriis non aliam vel huic Constitutioni adver-
sam Legem promulgârunt, & eatenus verum esse illud Covarr. in
d. c. Relatum circa pr. Quoties apud Judicem secularem est contro-
versia & à causâ ex Jure Canonico eam decidendam esse statuimus.
(3.) Rogatio testium non est de substantia ad pias causas Testa-
menti, sed sufficiunt etiam testes fortuiti *l. ult. in fin. C. d. Codicill:*
quia hæc solennitas est Juris Civilis, quod circa materiam testium,
non attenditur in Testamentis minus solennibus *Dan. Moller. l. 3. se-*
mestr. 43. n. 6. (4.) In piis causis sola subscriptio manu testato-
ris sine testibus facta, vim Testamenti obtinet Covarr. in *d. c. n. 21.*
Licet *Carpz. d. p. c. & d. n. 10. & seqq.* statuat: non licere argu-
mentari à Testamento parentum inter liberos, quorum sola scriptu-
ra sine testibus subsistit *N. 107. c. 3* quia ex speciali favore libero-
rum hoc testandi privilegium concessum fuit. Ergo ad pias causas
trahendum non est, ne quidem ex identitate rationis *l. quod verò*
contra rationem 14. p. d. LL. Ant. Fab. d. Err: pragm: dict. decad.
35. Err. 7. n. 4. Imò etsi ipse Covarruvias à suâ sententiâ alienos
esse dicat *Jaf. in Auth: quod sine Aret: cons: 64. Alex. cons. 76.*
Socin: jun: cons. 189. n. 74. Vol. 2. seq; eorum sententiae quam
præcedenti opinioni subscribere malle, subjicit tamen, ni favor
piæ causæ à præcipiti judicio averteret. (5.) In piis causis solùm
Jus Naturale consideratur, & ob id mulieres non minus in Testa-
mento ad pias causas, quam inter liberos testes habentur idoneæ

*Decius in l. 2. n. d. R. I. n. 28. Idem in e. 3. d. Testib: & esse hanc
communem fatentur Barbat. Roman. Crottus. Etiam si refragentur
Frederic: conf. 217. Roman. Barbat. & Crottus eâ ratione, quod legi-
timi testes exigantur. Sed legitimi hi sunt censendi, quibus Jure
Gentium fides adhibetur. Jus Civile ait Covarr. d. l. feminas ex-
clusit à Testimonio in Testamentis perhibendo, eo quod ad solen-
nia Veteres nec Servum, nec feminam, nec peregrinum admittebant
l. qui Testamento 20. §. Servus §. mulier Qui Test. fa. p. l. 2. n. d.
Reg: Jur: l. curent n. d. Testib: non quod imbecillis & inconstans
femina sit, cum ex eâ ratione in nullis actibus esset admittendum
ejus testimonium cap. forus d. V. S. hinc fit, ut in Testamentis citra
solennitatem admittatur, siquidem & in criminali causâ admittitur
l. 2. n. d. Accus: Cum verò rationes & dubia circa unumquodvis
privilegium à Tiraquelle, Covarruvia & aliis Dd. mota metas hu-
jus thesis egrediantur, idèo saltem ipsa privilegia referemus. (6.)
In piis causis valet Testamentum non lectum coram testibus, viven-
te testatore, nec in publicam formam redactum: nisi primò causas
testator expresserit, deinde & aliud ad piis causas minus solenne
fecerit. (7.) Testamentum imperfectum totius voluntatis imper-
fectione, quantum ad ea, quæ piis causas concernunt valere inter-
pretandum est. (8.) In piis causis nutu & signis factum Testamen-
tum valet, nisi testator excommunicatus, vel in bello illico deces-
serit, vel cæcus testetur. (9.) Mutus & surdus simul à naturâ non
prohibentur ad piis causas testari, utpote quæ nullis legibus coar-
ctantur. (10.) Specialis solennitas communiter in cæci Testamen-
to observata, non habet locum, si testetur ad piis causas. (11.)
Temporis inscriptio non est de substantia Testamenti ad piis cau-
sas. (12.) Si constet de voluntate testantis, quibuscunq; verbis vel
indiciis Testamentum ad piis causas conscriptum inveniatur, effe-
ctum sortietur. (13.) Piæ causæ nullis civilibus solennitatibus co-
arctantur: quapropter absurdum non est ad piis causas quem te-
statum & intestatum decidere. (14.) Testamentum patris, in quo
piæ causa est heres instituta, nihilominus valet, quamvis filius legiti-
mam titulo legati consequatur. (15.) Institutio heredis in Testa-
mento ad piis causas omissa non impedit ejus effectum. (16.) In
dubio legatum ad piis causas à testatore inductum debetur; alias
secu.*

seeus. (17.) Conditio si sine liberis decesserit, non habet locum in restituzione hereditatis piaæ causæ. (18.) Si in defectum conditionis viduitatem inducentis pia causa surrogetur, talis conditio non rejicitur: verùm èâ deficiente piaæ causæ locus fiet. (19.) Generalis diminutio in codicillis facta nihil obest relictis ad pias causas. (20.) Testamentum pupillare à patre milite ad pias causas factum gaudet eodem privilegio, quô Testamentum ipsius patris. (21.) Directæ puberibus ad pias causas factæ substitutiones post aditam hereditatem non expirant. (22.) In piis causis tempus incepsum habetur pro impleto. (23.) Deficiente conditione, cùm ad certam ætatem pervenerit, legatum ad pias causas nihilominus debetur. (24.) In piis causis inventario etiam nondum confecto potest heres conveniri à Legatariis. (25.) Testator censetur etiam in piis causis legasse secundùm conditionem ipsius rei. (26.) In puris legatis ad pias causas, non habet Falcidia locum, ne per obliqum quidem: nisi pia causa sit heres instituta: aut detracta Falcidia possit nihilominus adimpleri Voluntas, aut etiam aliud relictum sit ad non piam causam. Tunc enim pro rata tantum ex utriusq; legato detrahetur: aut denique nisi aliud èâ de re testator disposuerit. (27.) Quarta Trebellianica non deducitur ex FideiCommissio Universalí ad pias causas. (28.) Canonica portio non habet locum in relictis generaliter pauperibus, vel sine loci determinatione. (29.) Per ingressum monasterii censetur quis habilis ad succedendum apud Pontificios. (30.) Item ingrediens monasterium delet omnem maculam contractam ante ingressum. (31.) In legatis ad pias causas potest Executor testamentarius officium suum alteri delegare. (32.) Suitatis existentia æq; confirmat legata piis causis in Testamento relicta, atq; ipsum Testamentum. (33.) Ad pias causas relicta etiam non adita hereditate peti possunt. (34.) Actio personalis & hypothecaria pro legatis ad pias causas, etiam non adita hereditate competunt. (35.) Ex duobus Testamentis id præsumitur posterius, in quo legatum est ad pias causas. (36.) Relicta nominatim ab uno herede ad pias causas censetur tacitè repetita ab ejus substituto. (37.) Relictum ab eo, cui testator nihil reliquit, ad pias causas valet, sed ab herede petetur. (38.) Legata ad pias causas, quamvis caduca sint, non tamen deficiunt. (39.) Relicto FideiCom-

missio ad pias causas ipso jure actiones in Fidei Commissarium transferuntur. (40.) Quamvis legatum ad pias causas sit à Testatore alienatum, idem tamen postea ab eodem redemptum, omnimodo debebitur. (41.) Per alienationem rei non extinguitur legatum ad pias causas, etiam re nondum redempta. (42.) Alienatione rei legatae à Testatore facta, adjectio rei, eodem orationis tractu, in piis causis non inducit legati revocationem. (43.) Legatum extruendi templi intelligitur de loco quovis ad hoc idoneo. (44.) Quod tantum per Fidei Commissum fieri debet, si directo sit factum, non valét jure Fidei Commissi etiam favore piæ causæ. (45.) Legatarius propriâ authoritate legatum ad pias causas vindicare non prohibetur. (46.) In piis causis Legatarius etiam nullâ cessione nominis facta, contra debitorem agit. (47.) Licet per tempus morientis significetur tempus vitæ, libertatis tamen favore includitur tempus post mortem. (48.) Cautio Mutiana non requiritur in reliquis ad pias causas, nisi constet de contrariâ testatoris voluntate. (49.) In legatis piis sub modo relictis necessaria est cautio, si modus in continenti adjiciatur. (50.) Legatum ad pias causas non extinguitur per maximam capitis diminutionem. (51.) Verba generalia habent in piis causis vim dispositionis. (52.) Prius Testamentum ad pias causas factum non infirmatur per secundum minus solenne, in quo venientes ab intestato heredes instituti sunt. (53.) Testamentum ad pias causas conditum licet minus solenne, revocat prius Testamentum omni juris solennitate consummatum. (54.) Testamentum liberis institutis conditum revocatur per secundum ad pias causas: aliquo tamen iis relicto. (55.) Legatum incertum ad pias causas valet, & secundum estimationem patrimonii legati quantitas definiri debet. (56.) Legatum in genere pauperibus vel Ecclesiæ non evanescit, ut incertis personis relictum. (57.) Legato in piam causam relictio sub conditione mista, etiam non impletâ conditione debetur, quamvis per heredem non steterit, quod minus impleatur. (58.) Defectus conditionis non impedit petitionem legati ad pias causas, modò omnino legatum testator erat relicturus. (59.) Favore piæ causæ conditio in legatis retrotrahitur. (60.) Annuia legati pii præstatio per multum temporis inducit obligationem in futurum. (61.) In legatis ad pias causas relictis non novissima

sed

sed levissima spectanda conditio. (62.) Conditio defientis primi gradus: quamvis non deficiat, nihil obest dispositioni ad pias causas in secundo gradu. (63.) Per assignationem redditus ex certo aliquo fundo piæ causæ tacitæ, is fundus censetur obligatus, & ad eum etiam potest agi hypothecaria. (64.) Captatoriæ scripturæ non infirmant legata ad pias causas. (65.) Surrogatio Executoris Testamenti facta à testatore in legatis ad pias causas valet: aliás secus (66.) Legatum rei alienæ etiam ignoranter à testatore factum in piis causis valet. (67.) Re communi ad piam causam legata, tenetur socius suam partem vendere. (68.) Testamento præteritione filii irrito facto, relicta pro usurarum restitutione, & malè ablatis nihilominus debentur. (69.) Pia causa vulgariter substituta filio impuberi excludit matrem à legitima. (70.) Tempore distincta & interpolata conjunguntur favore piæ causæ etiam contra expressam Testatoris voluntatem. (71.) Tutor per recusationem tutelæ non perdit legatum piæ causæ restituturus. (72.) Legata pia detrahuntur ut æs alienum: ob patrimonii tamen defectum diminuuntur. (73.) In piis legatis jurisjurandi conditio remittitur. (74.) Modus adscriptus legatis ad pias causas in favorem legatarii habet vim causæ finalis. (75.) Dispositio ad pias causas non vitiatur ob conditionem impossibilem, quam testator putabat impossibilem. (76.) Fidei Comissa pia per mortem heredis vivo testatore & sciente non expirant. (77.) Posterior eventus non infirmat ante motam falsi Testamenti quæstionem, datam libertatem. (78.) In bonis adventiis Testamenti filiusf. jus non habet, quamvis ei pater permittat: nisi velit ad pias causas testari. (79.) De Jure communi inhabilis ad testandum ad pias causas testari non prohibetur, si non sit defectus intellectus vel damnatus ad mortem. (80.) Legata non piis causis relicta in Testamento ad pias causas facto non infirmantur, secus in Testamento inter liberos. (81.) Executor Testamenti ad pias causas inconsulto herede præstat legata. (82.) Mandatum ad pias causas durat etiam re integrâ post mortem dantis. (83.) Sufficit conditionem in piis causis quoq; modo extitisse. (84.) Judicium defuncti lege representatum monitus à judice, infra annum non adimplens excluditur eō, quod præter naturale debitum perceperit ex eodem judicio: in piis causis non tantum Successione sed

&c



& Legitima privatur. (85.) Quod in præcedenti privilegio traditur, heredem monitum decretò Judicis, non de jussu tantùm intellegendum est: nisi in Legatis ad pias causas. (86.) Verba enunciativa per modum causæ prolatæ, & non principaliter tām in ultimā Voluntate quām in Contractu inter vivos favore piæ causæ probant ac disponunt. (87.) Nemo invitus fit Executor ultimæ Voluntatis: ad pias tamen causas tenetur hujusmodi officium adsequi tanquam delegatus vel commissarius. (88.) Nulla habetur ratio beneficij Inventarii pia causa herede instituta. (89.) Repudians debitoris hereditatem, non tenetur ad onera hereditaria, adeò ut ne privilegium quidem sibi in eodem Testamento ob id minuatur: secus in debitore Fiscia ut Ecclesiæ. (90.) Legatum annum perpetuo relictum Ecclesiæ non restringitur ad spatum centum annorum: in aliis secus. (91.) Legatum annum relictum pro loco, etiam diruto loco debetur: secus in Collegio. (92.) Ardor liciti amoris & piæ causæ favor habent ym clausulæ Codicillaris. (93.) Prælatus non tantùm Ecclesiæ, sed & sibi in favorem Ecclesiæ non prohibetur aliquod emolumentum adscribere, nec incidet in pœnam L. Cornelii, modo res sit apud Ecclesiam remansura. (94.) Ecclesia substituta non excluditur hāc conditione à testatore facta, si sine liberis decedat existentibus filiis naturalibus etiam legitimatis ab Imperatore. (95.) Substitutio sub hāc conditione facta, si institutus decedat sine libertis, evanescit per ingressum monasterii apud Pontificios, nisi pia causa substituta sit. (96.) Mora eligendi circa personas purgatur usq; ad litis Contestationem: verūm in piis causis usque ad tempus, quo heres potuit eligere. (97.) Executori Testamenti ad pias causas etiam impedito currit annus, nisi qualitas aut magnitudo operis impedimento sit. (98.) Dispositio pœnalis facta in favorem piæ valet, quamuis impediatur libera testandi facultas. (99.) Res hostium piæ causâ legata aut donata sub condizione, si in nostram pervenerit potestatem indistinctè debetur. (100.) Donatio omnium bonorum tām præsentium quām futurorum facta piæ causæ non est contra bonos mores, nec impeditur. (101.) Quamvis Donatio inter Contractus b. f. non annumeretur, favore tamen piæ causæ latissimè interpretanda est. (102.) Res aliena prohibita, potest nihilominus in causam alienari. (103.) Pro redemptione



demptione captivorum aut pietatis causa res Ecclesiae alienatur. (104.) Feudum de jure Can: in piam causam potest alienari; secus de Jure Feudorum. (105.) Contra bonos mores est pacisci de hereditate viventis, tamen cum inter milites valeat, valebit etiam favore piæ cause. (106.) Sola appellatio heredis etiam in contractu, vel alio actu inter vivos habet vim dispositionis ad pias causas. (107.) In Contractu ad pias causas transfertur dominium sine traditione. (108.) Quicquid calore iracundiae geritur, irritum est, nisi in favorem piæ cause gestum sit. (109.) Nulla consistit obligatio sine causa: At in dispositione ad pias causas favor supplet vicem causa. (110.) Fidejussionis obligatio est solennis, & pender ex verborum obligatione: nisi in piæ cause favorem fidejusio facta sit. Quoad sequentia usq; ad Priv. 167. Nos quenvis remittimus ad Tiraq. d. tr. d. privileg. pi. caus. Hæc privilegia apud Pontificios in usu sunt omnia, apud Protestanttes pleraque.

XII. Testamentum Rusticorum eatenus est privilegiatum, quatenus ipsis & numerus septem testium & subscriptiones sunt remissæ l. ult. C. d. Testam: requiritur vero (1.) ut Testator sit rusticus, i. e. qui ruri degit, etiam si alias Nobilis sit Grass. q. 54. n. 8. (2.) Ut ruri testetur. (3.) Ut sufficiens testium numerus haberine queat Clarus q. 56. quod presumendum; ideo neq; ab herede probandum est, quia ratione probationis duo priora requisita sufficiunt Mevius ad Jus Lubecens. p. 2. t. i. a. 2. n. 54. quod si alterum deficiat, & rusticci in Civitatibus vel castris degant ubi peritos juris consulere possunt, ad observandas solennitates juris communis adstringuntur Riminald: conf. 119. quod confirmatum in J. R. G. per Constitutionem de Notariis a. 1512. §. Und sollen die Notarien.

XIII. Testamentum supplici libello insertum & Principi oblatum, quod licet desint septem testes valet, & omnium Testamentorum solennitates superat. Fathin. l. 6. c. 86. Item Testamentum apud Acta conditum, in quo testes non requiruntur, quia ejus fides est publica, & publica monumenta sufficiunt l. 27. d. Testam. l. 31. C. d. Donat. PIR. L. 5. T. 1. A. 4. §. 1. De Jure Canonico valet Testamentum Parochiani coram Presbytero suo sive Parocho, & tribus vel duabus aliis personis factum idoneis c. cum esses 10. d. Testam.

C

Testam.

nam. in terris Ecclesiæ tamen in foro Ecclesiastico, quam seculari, sed non in territoriis Imperii, ne Juri Canonico authoritas tribuatur in terris Imperii contra Recess. Imp: Colon. d. Ann. 1512. tit: von Testamento/ quibus consentientibus omnibus Imperii ordinibus tam Ecclesiasticis quam secularibus Jura Cæsarea in Testamentorum quo- rumcunque confectione fuere confirmata Carpz. I. R. S. p. 3. c. 4. def. 40.

XIV. In Testamento tempore pestis de Jure communī vix posse gerunt esse testes numero pauciores propter l. 8. C. d. Testam: cuius verba: *Casus majoris aut novi contingentis ratione, adversus timorem contagionis, quæ deterret testes, licet aliquid de jure laxatum: non tamen prorsus reliqua Testamentorum solennitas perempta est.* Testes enim hujusmodi morbo oppressos eō tempore jungi atq; sociari remissum est: non etiam conveniendi numeri eorum observatio sublata est. Licet hanc legem Bachovius ad Treutl. vol. 2. Disp. 10. 0. 7. lit. f. in fin. de morbo comitalium ex testibus contingentibus explicet, attamen ex verbo contagionis contrarium apparet Cujac. 26. o. 10. In Saxoniā ex æquitate tres vel duo testes tempore pestis sufficiunt, cum propter contagionis suspicionem testes ægrotos accedere detrectent Carpz. I. R. S. p. 3. c. 4. d. 1. minorem verò testium numerum in casu sævissimæ pestis ubi major copia haberi non potuit Jus Civile quod neminem ad impossibilia adstringit aversatum esse probabile non est, quia necessitas aliquem excusat à Legali solennitate & idē à Regulis Juris Communis receditur l. Sed sciendum π. ad SC. Trebell. l. 1. κ. damn. inf. quam opinionem etiam Camera Imperialis sequitur Gail. 2. o. 118. nec non Jus nostrum Prutenicum L. 5. T. 1. A. 5. §. 1. Ipsa tamen heredis institutio in tali Testamento omitti minimè potest, quippe quod ex institutione heredis vim accipit, quæ caput & fundamentum adeòq; substantiale Testamenti dicitur §. 34 j. d. Legat. l. 10. l. ult. d. Jur. Codic. l. pen. π. d. His qv. in Testam. del. l. 1 in pr. π. d. H. f. Non enim in Testamento tempore pestis condito omnes Juris Civilis solennitates sunt remissæ, sed saltem circa testium solennitatem à Dispositione Juris Communis est recessum Job. Philipp. Decis.

Elef. Sax. 46. o. 3.

—): (○): (—)

Kc 3004

ULB Halle
003 757 714

3



Bitte nach Ausleihe an
Frau Richter 1
Sammelbd. ? oder
Ludwaffene Werte ?

10.02.12



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



J.
TIO IX.
TARUM
SIUM
TI & CON-
ERSI
Ord. & mil. Test.
in. Theod: βασιλεύς.
dentibus.
IDE
CHRISTO.
Bölk /
& P. P.
AS Legner /
- Siles:
DENS
fendet
IO MAJORI
XXXI.
ONTI.
NERIANO.